



# Lazarus mendicus Georgii Macropedii

<https://hdl.handle.net/1874/420869>

# LAZARVS

MENDICVS

GEORGII MA-

*cropedij.*

Iam recens nata & edita.



VLTRAIECTI

HARMANNVS

Borculous ex-  
cudebat.

Anno. M. D. XLI.

GEORGIVS B RVNONI SVO S. D.

**N**on possum mi Bruno post Italicas mecum communicatas fabulas, post Rhomanæ urbis ostēs antiquitates, post nonnullas, quæ mihi negocium faciebant, explicatas per artis tuæ industriam difficultates, aliaq; plura tui erga me favoris indicia, non possum (inquam) quin tibi rursus in aliquo studeam gratificari. Cum solo autem munere litterario (quod aliud non habeam) de me bene meritos donare soleam, ipsu[m]q[ue] tibi (quod pictura propemodum semper rei literariæ coniuncta fuerit) non ingratum fore confidam, hanc nostram Lazarum (qualis qualis est) tandem integram tibi dedico. Nam cum anima aduersissim, quod ipsa licet imperfecta, (dum ante annum unum aut alterum populo spectanda exhiberetur) nonnullis placuisse, nolui eam remanere acephalā, sed arreptu calamo quatuor posterioribus ex tempore scriptis actibus primū ex tempore adieci, & acephalo (quod aiunt) mytho caput indidi. Accipe igitur mi Bruno ut ab amico profectum licet exiguum hoc munusculum, & inter graues rerum urbicarū curas nostris subinde p[ro]p[ter]e ce[ns]erum tuum oblecta. Vale vir prudenter, nosq[ue] ut soles ama.

(:5)

# ARGUMENTVM IN LAZARVM.

**L**AEMARGUS opibus affluens dum purpura  
Byssōq; tectus splendide cum fratribus.  
Et delicate uictitat, nec inopibus  
Nec hulceroſa Lazaro, (quāq; fame  
Tabescere) uel miculam largitur, at  
Contra propelli ab ædibus cæſum iubet,  
Quare inter epulas gastrimargus mortuus.  
Ad inferos à diabolo detractus est.  
At inopia defectus ac fame Lazarus,  
Ad Abrahæ ſinum ab angelis subiectus est.  
Vbi (dum uorax perpetuo in igne affligitur)  
Fruitur perenni ſquallidus ſolatio.

Argumenti finis

## PERSONAE DRAMATIS

Prologus.	Thraso.	Lazarus.	Angeli ♀
Læmargus.	Cynopa.	Abraham.	Chorus ex
Triphera.	Merinus cū.	Typhlus	pueris ♂,
Oeconomus.	4 fratribus.	Bronchus.	puellis.
Dætrus.	Ancilla.	Molobrus cum puer.	
Dæmones.		Diaboli duo.	

¶ ¶

Prologus

## PROLOGVS

**C**VM animos uideret ad theatron plurium  
Nuferim e spectantium, ad sacras magis  
Quam res prophanas affici Macropedius,  
Aliam rogatus ethnicam, desumpsit ex  
Sacris libris. & comicos ex tempore  
Descripsit hanc uobis agendam fabulam, ut  
Vobis foret cordi, atq; nobis usui.  
Ex tempore inquam, Angustia nam temporis  
Ab epite si, atq; errore cœpit scribere,  
Et mutuatus ex Hecasto protasfin est,  
Quam anno priore (si memineritis) edidit.  
Oratq; uos, quo huius rei modo ueniam  
Mereatur, Hanc enim dabit tandem integrum,  
Modo medium partem eius ac nouissimam  
(Velut haec enus) placuisse uobis senserit.  
Fortassis obiectabit illi quissiam.  
Quod audeat sacerdiam rem, & serio  
Nostræ saluti à Christo Iesu proditam  
Tractare comicè, & facere rem ludicram.  
Fatetur ingenuè, quod eadem ratio se  
Sæpe numero deterruit, ne quid suum  
Vel ab alijs quantumlibet scriptum piè  
Docteue, quod personam haberet Christi Iesu  
Agentis, histriionibus seu ludijs  
Populo exhibendum ex pulpite committeret,

Quapropte,

## PROLOGVS.

Quapropter hunc nec matre natum uirgine  
Infantem, nec accisum, nec alveo sacro  
Tinctum, nec opera mira patramen, nec in  
Coena ultima sese cibantem apostolos,  
Sic neq; ligarium, uerberatum, proditu n,  
Sputo illitum, cæsum flagris, spina obsuum, in  
Cruce mortuum, & denuo reuersum ab inferis  
Vium resurgentem, ausit in prosceniu n  
Producere, indignum arbitratus & impium,  
Christum gnatum Dei unicum, & nostrum omnium  
Salutis authorem unicum, sub imagine  
Leuis hominis producere ad spectaculum.  
Illos tamen non arguit, qui ea scriptitant,  
Si quo legamus, non agantur, scriptitanc.  
Solent enim plerumq; plus afficere ea,  
Quæ uerba personis dedere dramaticos.  
Nilominus, si excerpta sit sacris libris  
Parabola uel historia honesta, ubi nec Deus  
Nec Christus actor sit, sibi & alijs putat  
Licere eam exhibere uobis conicos.  
Cuiusmodi nunc exhibenda est Lazari,  
Non ille quem iam quatriduanum à mortuis  
Resuscitatum credimus, quod is sine  
Filij Dei persona agi non possiet,  
Sed illum agemus Lazarum parabolicum,  
Qui iacuit fulcerosus ante diuitis

## LAZARVS

Epulonis ostia, & poposcit miculis;  
Quæ decidebant orbibus, saturarier,  
At nemo ei quamvis famenti tradidit.  
Hæc de periochæ iussit author fabulæ  
Me proloqui, rogatq; uos, ut si cui  
Iudicio in hoc rerum sacrarum uisus est  
Errare, ut is se moneat, audeo dicere,  
Quod obstinata mente dum cognouerit  
Errata quamvis minima non defenderit.  
Valete cuncti, & si fauetis ludijs,  
Quieti adeste uos rogamus maxime.

## ACTVS PRIMVS. SCAENA PRIMA.

Iambici Trimetri.

Læmargus. Thraso. Cynopa.

**V**Xor mea est paulo ac uelim tenacior.  
Domi meæ uolui meis cum fratribus  
Ientarier, ientaculumq; in prandium,  
Et prandium in coenam, etq; coenam uesperam in  
Noctem profundam ducere. Ast illa haud scio  
Quos querat in scirpo (ut ferunt) nodos. Meam  
Excusat aut post pocula ægritudinem,  
Aut crastinum fastidium. Suum deinde  
Incommodum, & fratribus omnium dispendum.  
Quasi in epulis noctes diesq; ducere,

Et usq;

## MENDICVS

Et usq; per græcarier non sueuerim.  
Quasi illa non habeat suis pro commodis  
Seruos & ancilles domi q; plurimos.  
Quasi fratribus, mecum quod abliguriant  
Inzurgitentie, non abunde suppetat.  
Verum hæc suæ tenacitati callida  
Prætexit, atq; uafra comminiscitur.  
At (ut inquiunt) tenax requirit prodigium.  
Non sua sibi commenta friuola proderunt.  
Heus heus adeste, qui ocio, qui fabulis  
Totum absq; herili commido teritis diem.  
Malo siquidem duplum foris cum amiculis  
Prodigere, uel per aleam disperdere,  
Quam simplum in ædibus meis cum iurgio.  
Adeste, num uocauero uos septies?  
Thr. Here adsumus. Læ. Quin aduolastis oxyus?  
Tu Thraso ubi ad fratres meos, & singulis  
Mandato nostro nomine, ut domi meæ  
Alacres sub horam prandij compareant.  
Nullam quoq; excusationem admittito. Thr. Haud  
Admittam. Læ. Abi. Cynopa ades, curre illico,  
Nostroq; ueteri dic amico Dæmoni, ut  
Mox me ædfuturum expectet ad ientaculum,  
Pareiq; distillata uina tertio  
(Primum omnium) cum saccharo canario,  
Vel defrutum, uel hypocraticum, post crapulam

## LAZARVS

Nocturnam ut hæc stomacho sient medicamini.  
Cy. Sic dicam. Læ. Abi, atq; reuertere. locutus mea  
Cum coniuge ipsam sine mora ipsus obruam.  
Cy. Id dicem, & hic ero priusq; creduas.  
Læ. Videbo quid facturus es. Prodi ædibus  
Tryphera mea hue sunt quæ tibi mandanda sunt.  
Blande loquar, ne delicatis auribus  
Quid obsecim, Natura namq; mulierum  
Huiusmodi est, ut nisi suauoribus  
Verbis loquare & blandulis, nil impetres.

## ACTVS I ► SCE ► II TRIMETRI, Tryphera. Læmargus.

**M**En hac vocaueras foras Læmarge mi:  
Læ. Vocaueram. Try. Ob quam gratiam:  
Læ. Quo epulemur &  
Lætemur hodie mea uoluptas splendide.  
Ego iussi adesse Dæmonem cum fratribus,  
Tu fac coquamur, quæ apparanda laetus.  
Pueris puellis liberisq; præcipe,  
Ut omnia ex sententia tua apparent.  
Try. Mi uit nihil tandem relinquas liberis:  
Aerarium nostrum quo usq; exhaustus:  
Nunq; ne quippiam repones parcior?  
Admitte tandem obsecro parsimoniam,  
Læ. Quid uxor his curis misera distringis?  
Nobis egendum, ut liberi sint diuites?

Num

## MENDICVS

Num ærarium nostrum indies exhauios?  
Non pro decuplo centuplum repomimus?  
Consydera an queamus Eutychian domo  
(Licet uelimus) furculis expellere  
Non copulamus agrum agro, & ædes ædibu.  
Non nostro in ære plurimi cum scenore?  
Nonne reditus perpetui & irredimibiles?  
An est quod in re familiari postules?  
En plæna diuitijs domus. Triclinia  
Superba pictis lectulis, & cubicula  
Eburneis cubilibus. tua scrinia  
Referta bysso, purpura, & holoserico,  
Nostrum utriusq; cultui laquearia  
Et cuncta fulgent atria peristromatis,  
Tapetibus, & emblematis. purissimo  
Vino atq; olio exuberant penuaria,  
Cumulata farre & tritico granaria,  
Bonisq; onust a reliqua promptuaria.  
Armenta plurima, gregesq; plurimi  
In pascuis uberibus, agri tritici.  
Siliginis, uini atq; oliu fertiles.  
Tanta quoq; frugum hoc anno erit abundantia,  
Ut nec apothecas autumem nec hors ea  
Sufficere posse colligendis fructibus.  
Quot inferet talenta nostro ærario  
Hæc tanta annonæ copia. Et quibus omnia hæc

A 5 seruabimus

## LAZARVS

Seruabimus: Num sacrificis locupletibus?  
Num sordido gregi atq; inerti pauperum?  
Try. Detestor hos. Læ. An liberis, quos nescias  
Vtrum ne sint probi futuri an improbi,  
Parciue nobis mortuis an prodigi?  
Esto futuri sint probi. fraudabimus  
Vterq; nostrum genium? Itaq; Venus mea  
Edamus & bibamus hoc die, & omnibus  
Quos fata utriq; sruerint, donec gulam  
Titillat esca escamq; gula diuidicat.  
Cras nanq; (ut in prouerbio) moriemur. &  
Mox esse in æcum desinemus mortui.  
Try. Me obtundis his sermonibus, nec est quod ijs  
Respondeam. Ergo fruamur his præsentibus  
Donec libebit, & licebit iuuenibus.  
Non transeat flos temporis. Læ. Iam mihi sapis.  
Para igitur omnia quæ gulam irritent. iube  
Vernis tuis rerum satagere. Try. Iussero.  
Læ. Quid non huic persuadeam mulierculæ,  
Modo studeam blandirier. Try. Cum Dæro ades  
Oeconome, sunt tibi quæ foris præcepero.  
Læ. Iube instrui mensas, & argentum elui,  
Sitq; apparatus ferculorum splendidus.  
Try. Hac te leuem Læmarge sollicitudine.  
Noui ego probe. quid deceat in conuiujs.  
Tu modo tibi atq; tuis famem & gulam addito.

Læ. Liceat

## MENDICVS.

Le. Licet, Obsequendum mulieri. Ingrediar domū,  
Mutato amictu mox adibo Dæmonem.

## ACT. I. SCAE III TRIMETRI.

Oeconomus. Dætrus. Tryphera. Cynopa.

**Q** Vid nos vocasti domina: an est quod exequi  
Mandes? Try. Emite duobus aut tribus aureis  
Opsonia, uiris quæ decem suffecerint.

Ne parcite uni aut alteri festertio.

Vt quæq; sint Lætissima. Oec. Hera curabitur.

Try. Curato tu, ne quicq; honori detrahás.

Curato Dætre sic coquas, ne quid gulæ

Hera paret fastidium. Dæ. Curabitur.

Try. Curate, longamne moram cura pariat!

Satagite. Dæ. Et id curabitur. Try. Cape spartulam

Dæ. Hem.

Oec. Præter suum fiet hera morem dapsilis:

Noctua uolat. Quis comes erit uel affecta,

Cum abiuerim, Lemargo eumi ad Dæmonem:

Sed commodum. Cynopa adest, Cynopa herus

Te intus moratur ægrius. Cy. Cynopa adest. (quor

Oec. Ingredere. Tu Dætre ad forū sequere. Dæ. Aſſe-

## ACTVS PRIMVS

### SCAENA QVARTA.

TRIMETRI.

Lemargus. Cynopa. Bronchus. Typhlus.

Quid

## LAZARVS

**Q**Vid noster inquit demones! Cy. Te sibi fore  
Gratissimum petitq; ut ad se mox nihil  
Cunctatus aduoles, simul cum coniuge  
Et liberis, quod ampliter cupedias  
Ientaculo parauerit. Læ. Cum coniuge  
Et liberis! Cy. Sic inquit. Læ. Etiam sanus est:  
Habet quod agat uxor. nuces quoq; liberi  
Non dum reliquerunt suas. & eos meo  
Sinam adesse contubernio! Cy. Saltem cupit  
Te adesse q; prium sibi. Læ. Tu istac prius  
Me ueste purpurea indue. Cy. Hem cedo dexteram.  
Tibi dexterā fac byssus hæc ex purpure (Læ. Hem  
Decenter eniteat. caue sis, ne quod ad  
Decus uel ornatum attinebit negligas.  
Cy. Enitar here pro uiribus ne negligam.  
Bron. Se diues hic festiva amictus purpure  
Ientaculo Typhle sumptuosop ræparat,  
Spectabo cuius ædibus se ingesserit,  
Si forte sit spes aliqua nostris uentribus.  
Typh. Quis diues hic: Br. Læmargus hic, gulosus hic;  
Nam præter hoc, nescio equidem, an siet uiro  
Vocabulum. In tanta omnium rerum inopia,  
Nostræ inedice si qua Typhle nunc solatia  
Speranda sunt, à ditibus speranda sunt.  
Ty. Verum quidem quod Bronche ait, quod pauperes  
Nihil queant impendere. At qui diuites

Nihil

## MENDICVS.

Nihil sinit tenacitas impendere.  
Bron. Tentanda res. Læ. Composita sat iam uestis e  
Dactyliothecam porrige. Cy. Hem tibi annulos.  
Læ. Hos pulueres festuculasq; scopula  
Celigis meis detergito, & sandalijs.  
Cy. Faxo libens. Ty. Tam curiosus uestium  
Cultus inopi mendiculonil destinat.  
Nihilominus (uti Bronche ait) tentanda res;  
Videte quo diuerterit. Bron. Curauero.  
Læ. Sat. eamus hic. foris moratur Demones. (cæ adhuc  
Cy. Morare adhuc. Læ. Quid adhuc moræ. Cy. Festu  
A tergo adherent. Læ. Expedi. Cy. Sta paululhus.

## SCE. V. ACT. I. TRIMETRI.

Dæmones. Lazarus

**Q**Vid nunc moratur: ecce cum eum uincet suus  
Vxorculam se poliet usq; meridiem. Hui  
Quis reptat huc mali ominis homo sordidus?  
Laz. Vidisse nunq; te canis David pater  
Iustum uitum à Deo relatum, aut illius  
Sobolem indigentem panibus, uerum ego fame  
Defecero, nisi quispiam refecerit.  
Mi uir beate quem Deus præ ceteris  
Mortalium bonis beauit, obsecro  
Vel miculam panis iube mihi porrigi.  
Quod tertius dudum dies illuxerit,

Ex quo

## LAZARVS

Ex quo nec edi nec bibi nisi laticem  
Subturbidum. Dæ. Soletur ipse te Deus  
Et adiuvet, nos hic tibi nil coximus.

Laz. Vel miculam siccamente panis crustulam  
Dæ. Prorepe ad ædes proximas, non mihi vacat  
Tuis studere commodis. Laz. Te obsecro mei  
Misereat. Dæ. Ab his ne procul recedes ædibus  
Homo fecit disime ab i in malam crucem locum  
Concede dignioribus. Laz. Frater abeo.

Ne queso mihi succenseas. Domine Deus  
Explodor usq; ab omnibus, non aliter ac  
Scobs aut perispema ab i cior imutilis.

Hic purpuratus & annulatus comiter  
Tractandus est. Experior hoc uerissimum,  
Quod dum superbit impius miser uritur.  
Sed hoc mihi unicum in omnibus solatum,  
Quod pauperum suum Deus miserebitur,  
Nec uota eorum prorsus interitura sunt.

## SCAE. VI. ACT. I TRIMETRI.

Bronchus. Typhlus. Læmargus. Dæmones.  
I Am tandem ab a dio Lazaro, Læmargus hic  
Accedit ædes Dæmonis. Sequamur hunc.  
Paulo quod ille sit hoc uiro benignior.  
Ty. Si Lazarus repulsus est, quidnam spei  
Nobis residuum: Br. Id experiri satius est.

Dæ.

## MENDICVS.

Dæ. Læmarge salue. quid moratus hactenus?  
Iamdudum enim te expecto. Læ. Salve Dæmones!  
Res mihi fuit cū uxorcula. Dæ. Quid ita! Læ. quod ad  
Rem aliquanto audior est. Dæ. Id, ingenium omnibus  
Est insitum mulierculis. eamus intro,  
Et poculis hæc eleuemus tædia.  
Læ. Scite mones. sequar, præi mi Dæmones!  
Br. Nunc introgressis ditibus nos gnauiter,  
Hoc occupemus ostium, ne putridus  
Et cui solet plus gratiæ impartirier,  
Nos amuerat Lazarus. Ty. Ne cor tuum  
Mi Bronche subeat ista cogitatio.  
Nobisq; quod fieri uelimus, fratribus  
Animo sinamus candido donarier  
Si præuenit nos Lazarus, locus prior  
Debetur illi, nec dolo quoquis malo  
Nobis preoccupandus est. Scio Lazari  
Mentem (tametsi in summa inopia & inedia)  
Tam candidam, ut ne miculam panis quidem  
Præripere cuiuis gestiat. Br. Sed longius  
Abactus est, sua purulenta ob hulcera, &  
Lenio gradu repedat ob ægritudinem,  
Erimus priores eius absq; iniuria.  
Ty. Mi Bronche nil incommodemus Lazaros,  
Quod uerus ipse filius sit Abrahæ.  
Et utinam habere fata post nouissima

Partem

## LAZARVS

Partem quietis merear hoc cum Lazaro,

Et Foribus priores adsumus. sta pone me.

Tibi proximus stet Lazarus. Ty. Stet Lazarus.

## ACT. I. SCE. VII

TRIMETRI. ut superiores.

Lazarus. Typhlus. Bronchus.

**S**aluete fratres, quid spei pro his ædibus  
Vobis refusit, unde iam propulsus sum  
Ty, Nos nouimus rem, & indoluimus Lazere.

Hic admodum nobis parum affulget spei,  
Nisi forte post ientaculum aliquas reliquias,  
Quæ familiæ haud sint usui, nobis dari  
Contigerit. Laz. O spem languidam. Malint suis  
Dare canibus, q̄ pauperi ipsas porriganter,  
Retum omnium dritissimi. Ty. Tentabimus,  
Quod si repulerit denuo, tolerabimus.

Neq; enim sumus te digniores Lazare.

Sed hoc die nihil alimenti nactus es?

Laz. Quid hoc dilexi: iam tertius agitur dies,

Quod panem in os meum miser non intuli.

Dolor hulcerum, tormenta dira uiscerum,

Et alumna mortis morte acerbior fames

Me inde sinenter macerant, me concoquunt,

Et o utinam me morte celerifinant,

Quieta tandem quo cupita perfruar.

Ty. Tui me amice Lazare miseret profecto,

Et pro-

## MENDICVS.

Et pro uirili te iuuare gestio,  
Nec ita Deus Abraham patris nostri me amet  
Vnq̄ bolum accipiam bonum, quem non libens  
Et ultro tecum diuidam. Sed obsecro  
Te, ne mala hæc quæ pateris aut passurus es,  
Mentem tuam labefaciant, sed omnia  
Vincas pari patientia. Meminerimus  
Iob fulcerosi, itemq; ecceci Tobiae,  
Qui per fidem, innocentiam, & tolerantiam  
Meruere dici & esse amici & filij  
Dei optimi & ter maximi. Laz. Bene me mones  
Mi Typhle, quod nil debeat mihi haberier  
Virtute prius aut carius patientia.  
Quam & hactenus cunctis mihi ingruentibus  
Malis perinde atq; cliveum opposui, neq;  
Stultum quid his in omnibus contra Deum  
(Si recta conscientia est) locutus sum.  
Ty. Sit laus Deo nostro & patris nostri Abraham.  
Laz. Amen. Deus laudandus est in omnibus,  
Nec quippiam nostris paratur uiribus.  
Laudandus est flagella siue immiserit,  
Siue ipsa tandem misericors retraxerit  
Laudandus est de ipsa quoq; patientia  
Quam mentibus nostris benignus inferit.  
Nam nostram eandem ob hoc potissimum astruo,  
Quod ultro nobis à Deo donata sit.

## LAZARVS

Eoq; solo gloriāmūr nomine,  
Quod nos sibi ultro in filios quos corrigat  
Delegerit. Quapropter hoc mihi unicum est  
Solarium, quod in his mihi doloribus  
Non parserit. sed quasi scopon iaculantium  
Me posuerit. scio nāq; quis nam dixerit.  
Fili cāue, ne disciplinam negligas  
Domini, neq; ab eo (dum arguit) defeceris.  
Quem nāq; dominus diligit, castigat, &  
Flagellat omnem filium quem suscipit.  
Ty. O Lazar, hæc pīj hominis est meditatio;  
Atq; o utinam ego mente tam facili queam  
Hanc cœcitatem perpeti. Laz. Sis bono animo,  
In proximo est quod à Deo illustraberis.  
At fata nostra in foribus esse conspicor.  
Ty. Quid mihi futurum nescio, nouit Deus.  
At te patris nostri Abrahæ sinus manet.  
Br. Quousq; tandem patre de nostro Abraham  
Sine fruge disputabitis. Vestros logos,  
Vestras manus, omnemq; uestram industriam  
Venerati componite, ut uescamini.  
Ty. O Bronche Bronche pluris escam corporis  
Putridi facis, q; permanentis spiritus.  
Non absq; fruge loquimur, ut tu existimas.  
Br. Non absq; fruge, ubi ostium iam crepuerit,  
Et exiet mox quispiam. La mārgus est,

Nugamini

# MENDICVS.

Nugamini (si dijs placet) de spiritu.

An solus usq; Typhle agam causam tuam.

## ACT. I. SCAE. VIII TRIMETRI.

Læmargus. Cynops. Mendici. Dæmones.

C Ynopa ades. Quid hoc ostium grex impudens  
Hic obfiderit. Br. Læmarge nobis obsecro

Pauxillulum aridi iube panis dari

Famentibus. Læ. Secedite. Ty. Oro. Laz. Te obsecro

Læ. Secedite. heus fcelestè ades. Dæ. Quid improbe

Seruum euocat. Læ. Me commodum secutus es

Mi Dæmones. Dæ. Cur obsecro: miror etenim

Quidnam tuus celer holebat exitus.

Læ. Illiberale, & infidele, & reprobum est

Hominum hoc genus seruillum, cui serij

Negocij tuto nihil committitur.

Certum est Cynopen hunc domum ablegare, ne

Si quippiam cum amiculis siue lepidis

Meretriculis prodegero, ipse coniugi

Rem deferat. Dæ. Facies quidem prudenter. hos

Nam proditores experimur crebriter.

Læ. Heus furcifer, scelerum caput, quin aduolassit

Cy. Adsum here, quid est: Læ. Infusa uina poculisti

Cy. Infusa sunt. Læ. Redi domum, atq; satage, ne

Quid imparatum inuenero. redi. Cy. Hem.

Læ. Mane. Cy. Hem.

B 2

Læ. Dis.

## LAZARVS

- Læ. Dic coniugi nos ad futuros meridie.  
Thrasoq; dic, uino bibendo cantharum  
Amplissimum paret, atq; cyathos aureos.  
Toti deinde familiæ dicturus es,  
Chorum instruant modos coaptent musicos.  
Chorocytharistas & choraules ordinent,  
Qui carmine excipiant reuertentem, insuper  
Inter epulas modulis suis nos recreet,  
Quod hunc diem genio dicere statuimus.  
Cy. Face so, nunquid aliud est quod exequar?  
Læ. Nihil. Cy. Valete. Læ. Nostra agamus ludicra  
Et aleis & orbibus lusorijs  
In atrio. Dæ. Sic placet, & inter pocula.  
Laz. Ah Dæmones te (obsecro) nostri misereat.  
Læ. Tun hunc nutris putridum gregem pro his ædibus  
Et assuefacis ad atrium istuc Dæmones?  
Quin agis eos in maximam malam crucem?  
Dæ. Merito increpas, quod hi ostium meum ita obsidet  
Ut uix queam ipse uel ingredi uel egredi.  
Sed amodo non patiar, Amolimini hinc,  
Nisi fustibus scapulas uelitis tundier.  
Dudum ne te cadas uero se hinc aspulit  
Quid hoc redire, hoc Daue, Geta, Palestrio.  
Ty. Cedamus hinc, cedamus horum insaniorum  
Br. Cedamus, a ientaculo nonnulla spes  
De partiendis reliquijs proponitur.

Prius

## MENDICVS.

Prius opulent gulam suam usq; ad naufragium,  
Cy. Monstri profecto aliquid alunt in edibus,  
Quod ne ego sciam, propellor illinc callide, &  
Ne suspicentur, longè abacti pauperes.  
AES prodigere, ductare scorta, aut feedius  
Aliud parant Scio q; tum herus tum Dæmones  
Sit pronus in libidinem. Abeo uti peragam  
Quod iussit, & curem cutem ientaculo.  
Laz. Nil asperum fratres mei ob contumeliam  
Ex ore nostro profluat, uerum magis  
Hymnum Deo canamus, atq; supplices  
Patrem precemur optimum. Ty. Ita mi Lazarus,  
Psalmum canamus quemlibet. Tu præcine.

## CHORVS

VERSV GLYCONICO TETRA-  
stropho, ex Psalmo 86. Lazarus.

A Vrem quæso tuam mihi  
Inclina dominans Deus,  
Exaudi q; preces meas,  
Cum sim pauper inops quoq;

REPETITIO Typhli & Bronchi  
ad singulos quaternarios,

Preces uotaq; pauperum  
Exaudi dominans Deus.

## LAZARVS.

Custodito animam meam

B

3

Quod

## LAZARVS

Quod sim sanctus, & extua,  
Saluum fac famulum tuum,  
Pendentem aure Deus meus.

Preces horaq; p. &c.

Me Deus miserare, quod  
Totam te inuoco per diem,  
Et me laetifica, quod ad  
Teleuani animam meam.

Preces uo. &c.

Cum tu sis domine admodum  
Suavis, miris, & omnibus,  
Qui te crebriter inuocant,  
Plurimæ patientiæ.

Preces ho.

Qui rerum dominator es,  
Auri admitte preces meas.  
Et dum te miser obsecro,  
Voci intende meæ obsecro.

Preces uo.

Cum instaret tribulatio,  
Et multis premeret malis,  
Ad te uociferabar. &  
Audisti gemitus meos.

Preces uo.

Haud quaq; est similis tui  
Inter milia numinum.  
Non est qui ualeat Deus  
Factis facta tua assequi.

Preces uot. &c.

Gentes cunctæ aderunt tibi, ad-  
Orantes tua numine,  
Et tuum domine inclytum

Nomen

MENDICVS.

Nomen glorificauerint. Preces uotaq; p. &c.

Nam tu magnus es, & facis  
Miranda in solo & in polo.

Tu solus Deus es, neq;  
Præter te deus ullus est. Preces uo. &c.

Deduc me domine in uia  
Tua, ut absq; dolo queam  
Ingredi, affice cor meum  
Ut nomen timeat tuum. Preces uo.

Toto in corde meo Deus  
Meus te celebrauero,  
Atq; glorificauero  
Nomen perpetuū tuum. Preces uotaq;

In me facta tua est enim  
Hæc clementia maxima,  
Nam traxisti animam meam  
Clemens tartaro ab infimo. Preces uo.

Insurgunt Deus impij in  
Me, cœtusq; potentum,  
Quæsuere animam meam,  
Nec tui rationem habent. Preces uo.

Verum cum dominans Deus  
Sis clemens miserans quoq;  
Tardus ad nemesis, citus  
Ad dandam ueniam reo. Preces uo.

Me clemens miserum aspice, &

## LAZARVS

Da sceptrum puerō tuo,  
Saluum fac quoq; filium,  
Quem peperit tibi uernula.

Preces nō.

Fac mecum Deus in bonum  
Signum, ut erubeant mei  
Osores, uideantq; quod  
Me soleris & adiuues.

Preces uotāq; paup.

## ACT ▶ II ▶ SCE ▶ I TETRAMETRI.

Cynopæ. Thrasus. Dætrus.

R Es admodū morosa mulier in ædibus, cui nihil  
Fieri potest quin improbet, perpetuo amara &  
aspera,

Quæ uix sinit pane atro, & atro caseo intentarier.  
Hero meo malum domi inseruire cœnties, q; huic semel.  
Thr. Si impēderemus plus decuplo q; uoramus, mitius  
Vterq; nos tractaret, immo & quartet ipsis liberis.  
Fortasse fert subinde heræ ægre, quod agimus manu  
aut pede, at

Quod dētibus sic agimus, & q; faucibus, id ægerrime.  
Cy. Mirum q; in minutulis tam sint auari ac sordidi,  
Qui in sumptuoso epulo parando, ciuib; multo sient  
Profusiores cœteris. Thr. Natura propria diuitum est,  
Seruare minima sordidè, et maxima nimis profundere.  
Sed quicquid egerint heri (nisi durius plecti uelint)  
Et sustinere & abstinere (ut inquiet) seruos decet.

Nos

## MENDICVS.

Nos itaq; herus quod iussertat tibi, sat agamus exequi.  
Mensam instruamus, lectulos sternamus, atq; pocula  
Pure eluanus, Frondibus dein atrium exornemus, &  
Chorum ex ephebis & puellis ordinemus consonum,  
Ne sit quod oculos itrogredi offendat, aut bilē excitet.  
Cy. Recte mones. Iā tādē adest coquus granis cupedijs.  
Iurgabitur scio, et arguet nos ocij. Dāet. Quid hic foris  
Nugamini? Nihil est in ædibus quod exigatis? Thr. est:  
Sed te morati te sequemur præuiū. Sequamur hūc. (ges  
Cy. Vides canistrū quo sequatur ultro parasiton gre-  
Thr. Quos tu mihi parasiticos narres greges? An sordē  
Illos canes, cæcos, scabros, claudosq; q sagacius (dōs  
Opsonium assequi solent, q damulas molossicē.  
Cy. Illos nōlebam sordidos. Eamus intro, et hūc gregē  
Foribus seratis arceamus ædibus. Thr. Præi, sequor.

## SCAENA II. TETRAMETRI.

Bronchus. Typhlus. (ror

A Vibus malis canastrō id sumus secuti ut augu-  
Anibus malis hoc uenimus, uelut ex foribus his  
colligo.

Ty. Ut ominaris semper ifælia. ecquid Brōche in his  
Foribus mali aut iauspicatū cernitur? Br. Quid ædibus  
His erimus exclusissimi. Ty. Qui Brōche? qui? Br. Ser-  
ui improbi

His clathra portis obdidere ferrea, ut longissimē  
B S Nos arceant

## LAZARVS

Nos arceant ab atrio, a deoq; a canistri edilio. *(let)*  
Ty. Fortasse in his nō habitat ædibus Datius *(ut so-*  
Dici) sed Ablatius epulo quispiā. Br. Certissimū.  
Nam quanq; is est argenti & auri copia ditissimus,  
Byssu suaui splendidaq; purpura uestitur, &  
Quoridie opipare & delicate epulatur, attamen nihil  
Impartit indigentibus. quod ipse ab annis data opera  
Typhle deprehēdi pluribus. Ty. Fortasse captas ap̄lius  
Mendiculo q; conuenit. Pol diuites festertios  
Non largiūtur integros, sicut neq; chlamydias integras,  
Artocreas nec integras. Pane arido at tenui stype  
Nostræ omnium mendicitas contenta sit. Bronc. Con-  
tentā sit,  
Sed nec parum nec grande cuiuis porrigit. quis siet  
Aut nudior Leberide, aut pauperior Iro seu Codro  
Ty. Saltem lubens nobis dabit frusta sibi decidentia.  
Br. Licet manus pedesq; cū polypo præ inedia deuores,  
Ne miculam panis quidem pietate motus porriget,  
Vt eum suæ pingues osellæ electile s̄q; stragulent,  
Ventremue crassum lauta fercula dissecet. Typh. Me-  
liora nos  
Decet ominari ditibus, partem quibus debemus heu  
Nostræ salutis maximā, quotquot sumus ceci, scabri,  
Claudine, et id genus hoīes miserrimi. Quid igitur huc  
Diuertimus, si ab hoc nihil nobis futurum commodi?  
Si eleemosyna speranda nulla Dæmonis sub ædibus,  
*Præstaret.*

## MENDICVS.

Præstaret aliam (ut inquiunt) quercum excutere, q̄ in  
hoc loco

Captare uentos retibus, poscerēue aquas ē pnmice.

Br. Audi. Vir hic pietate motus nil duit, uerum tamē

Superare quod cambus solet, nobis subide obruditur;

Paulum moremū ad ostiū hoc iā proximi, ne forte quis

Nos anteuerat, & occupet locum aptiorem quæstui

Nam video quos dā incognitos huc aduolantes eminus

Et fulcerosum Lazarum. Ty. Nil obfuturus Lazarus:

## SCAENA III.

### TRIMETRI.

Molobrus cum puero. Lazarus.

**Q**uō raptat hic homo sordidus: Pu. Nescio equi-  
dem

Nisi ad huius ædes diuitis, nam ad ostium

Hoc proximum plures manere conspicor.

Mol. Recte. hic erit fortasse uisceratio,

Panumue distributio. Pu. Ipsam suspicor,

Iterq; nostrum commode huc defleximus.

Mol. Quō tu fulcerose reptitas: Laz. A Edes ad has

Viri propinqui diuitis. Mol. Quid diues hic

Impartietur indigentibus: stypes

Carnesue. an ex pietate panes candidos?

Laz. Nescio mi amice quid modo hic sperabimus.

Non ampliter solet hic sua imparirier.

Vtinam mihi liceat uiri mens æ opiparæ

Impunē

## LAZARVS

Impunè legere decidentes miculas,  
Et pellere extremam famis molestiam,  
In maxima hæc rerum omnium penuria,  
Mecum profecto bene actitatum plauderem.  
Mol. Lī quamus hūc quo auertat hinc nostros gradus,  
Amplius & ipse accipiat, hæc commentus est.  
Laz. Non comminiscor quicq; in hoc negocio.  
Properate & experimini uobis uelim  
Plus obuenire q; mihi sperauerim.  
Mol. Hic hypocrita est, prorepat in malam crucem.  
Pu. Vah purulemē, tu dolo nos falleres:  
Laz. Domine Deus, quo usq; tandem in hac miser,  
Conuale lachrymarum, in hoc argastulo  
Carnis putridæ, hominum manebo opprobrium:  
Plæbis manebo abiectione: quando ueniam, &  
Parebo coram te, hoc solutus corpore:  
Fiat tamen non mea uoluntas, sed tua.  
Procumbam in hac umbra, & morabor gratiam:

## SCAENA QVARTA.

Molobrus. Bronchus. Typhlus.

**S**aluete fratres atq; amici. Br. Tu quoq;  
Salue peregrine. Vnde te uenisse in hanc  
Nostram Palestinam putabimus? Tuo  
Siquidem uidemus alia n inesse uultui  
Formam & colorem. aliumq; cultum uestibus.  
Mol. Laconicos uobis Lacon statum meum &

Quæstum

## MENDICVS:

Quæstum explicabo. Rebus infortunio  
Luxim decoctis, peragrata Hellade  
Deueni in Asiam, & post Phrygas, Arabas Syros,  
In his locis me cernitis, tantummodo  
Fretum lyra, ioco, atq; mendicabilo.  
Habetis itaq; me parem uobis breui  
Fortunula. Si uultis ædes diuitum  
Mihi indicare præuijs, ego bomolochia,  
Cantu, & lyra, uentri gulæq; consulam.  
Nec deerit æs marsupijs, nec edulium  
Sitarcijs. Br. Quid Typhle respondebimus?  
Ty. Rem offerret hic pulcherrimam, si tam foret  
Proba atq; honesta, q; uidetur utilis.  
Nos commodum nil ducimus, nisi quod simul  
Probum atq; honestum iudices. Br. Quid igitur est  
Quod plurimum dici solet, doctis quoq;  
Honestum id esse quod admodum sit utile?  
Ego satis honestum iudico id quod commodat.  
Ty. O Bronche Bronche non sapis quæ sunt Dei,  
Haec te pater cœlestis haud docet, at caro  
Tibi suggerit. Nam quamlibet docti sient,  
Qui haec prædicant cœcutiunt, immo magis  
Tota uia errant plurimum. Br. Errant. Ty. Cœterum  
Tu quisquis es, nostro gregi addi non uales,  
Qui sanus & robustus es. quod colligo ex  
Logis tuis. Nugis omissis improbis,

Manus

## LAZARVS

Manus honestis applica laboribus;  
Ne diuites quod destinant pauperibus, id  
Tu deuores, et euomas nouissime,  
Coram superno iudice. Mol. En didascalum;  
Qui plus satis iam uictit aui lolio. An est  
Quicq; prius præstantiusue commodo:  
Dum extis pluit, non recipienda lancibus;  
Tiresia abi tu cœcior. Iam tibi loquor  
Dux claudicans, mecumne uis paciscier?  
Br. Videre tu nostræ quidem inopiæ probè  
Consulere. sed religio ab hoc discedere est  
Cui dedidi me iam diebus plus culis.  
Ex ordine asta. si uelis, non te sequar,  
Nec duxero, contentus hac mea inedia,  
Mage q; tuis extis suanioribus.  
Ty. Sic Bronche, sic uirum beatum prædicat  
Psaltes eum, cui Deus spes eius est,  
Nec uanitates respicit, falsas quoq;  
Vesaniæ. Br. Solatur hæc me cantio  
Mi Typhle, nec dum uixeris te deseram.  
Mol. Cœcutiens dux cœco adest. Iam faxo ut hic  
Pro his cœdibus suscipiar ipse in airium,  
Vos uelut inertes longius abigamini.  
Accine puer cum tripudio fidibus meis.  
Cæcq; ab ijs quos Iuppiter signauerit.  
Pu. Quibus putas. Mol. Claudiis, scabris, cœcisq;, et id  
Genus

## MENDICVS

Genus alijs hominibus usq; subdolis.

Lam accine lyra, saltaq; iustis gestibus.

Cedamus huc. Pu. Sequor. Valete sordidi.

## CHORVS

Per Molobrum puerum & mendicos

Ex capite 20. Ecclasiastæ.

S Truxi magnificas domos,

D Plantavi quoq; vineas,

Amenis & in hortulis

Diverso genere arbores

Seui fructiferas mihi, &

Piscinas sata quce irrigent

Produxi scaturigine.

Mend. Inter stulta & inania

Hæc sunt maxima uanitas.

Quæsiui mihi seruulos

Ancillasq; domesticas,

Armenta atq; oviuum greges,

Præ cunctis quoq; regibus

Qui sunt quiq; futuri erunt.

Cum auto opes mihi plurimas

Rasi ex urbibus atq; agris. Mend. Inter st.

Cantantes pueros mihi

Conciui atq; puellulas,

Omnes delicias quoq;

Nati quas hominum expetunt:

Pro uino

## LAZARVS

Pro hinc aurea pocula  
Fundendo, & Ganimedes  
Qui Bacchum mihi misceant. Mend. Inter st.  
Quam nactus sapientiam  
Mecum perstat in omnibus.  
Non negavi oculis meis,  
Permisi quoq; cor meum  
Partis usq; fruiscier.  
Hanc partem ratus optimam  
Voluptate fruiscier.  
Mend. Inter stulta &c.

## ACTVS TERTIVS SCAENA PRIMA.

TRIMETRI. Ut reliqui omnes.

Triphera. Bronchus. Typhlus  
Molobrus, Ancilla. Lazarus.

**Q** Vis fætor hic præ foribus Amolimini hinc  
Fex hominum ab ædibus meis longissime,  
Qui æra situ, pædore, pure, & sordibus  
Corrumptis. Volo liberas ædes meas  
A putido hoc hominum genere seruarier.  
Er. O domina te mei misereat obsecro.  
Qui ferme ab incunabulis claudus, nihil  
Laboris efficere queo. Tri. Non audio. Br. Heu.  
Ty. O domina te mei misereat obsecro,  
Qui matris ab utero usq; in hunc tristem diem

Solis

## MENDICVS.

Solis iubar uidere non potui miser.

Miser uir is qui cecus est domina mea,

Miserrimusq; præ omnibus mortalibus.

Quare parum age mihi impartias. Thri. Non audio.

Ty. Heu.

Br. Eia domina. Tri. Non audio. Amolimini hinc

Nisi si uelitis fustibus propellier.

Heus Thraso ades. Cynopa ades, procul ædibus

Hi sordidi in malam crucem nolint uelint

Abigendi erunt. Neq; te quidem nouissimum

Qui poplite flexo supplicas, admisero. Laz. Heu,

Tri. Omnem semel statui hunc gregem disperdere.

Facient sibi tributariam domum meam.

Vilissimi: Amodo nemini uel miculam

Impartiar. nisi forte quæ canibus meis

Residua sint. Laz. Hæc sit utinam mea portia:

Tri. Quis tu peregrine: aut tibi quæ patriæ: aut

Ad sacculum quod adegit infortunium:

Mol. Molobrum uides Laconicum, rei meæ

Me familiaris adegit huc profusio,

Cantus, iocus, chelysq; uentri consulit.

Si mea opera placet utier, iube ingredi.

Videbimur tibi plura multo in ædibus

Præstare, q; promittere. Hic quæ audita forte

Aut uisa sunt, stupido huic gregi ac bardo acta sunt;

Tri. Te pro mea sententia iam nacta sum,

C

Vthoc

## LAZARVS

Vt hoc die modos agas, chorum instruas;  
Viroq; ducas obuium, qui pluribus  
Iunctis sibi procedet ad conuiuium.

Mol. Quod iussis lepidè execuar. Tri. Sta paululum.  
Ingridere Abra, & Thrasum & Cynopen euoca,  
Qui me vocantem exiliter non audiunt.

Anc. Ibo hera, & eos uocabo. Vinreditura sim,  
An aliud expedire in ædibus iubes?

Tri. Ne regrediare, sed stude, quò singula ad  
Comuium quæ pertinent parata sint.

Anc. Parata erunt. Tri. Dices quoq; familiæ meæ,  
Vernaculis & liberis, ut se parent  
Ode & choro, q; mox herus uenturus est.

Nec protibicine amodo sint anxi,  
Quod ultro sese hic obtulit, qui agat modos.

Anc. Sic dixero. faxoq; cuncta nitida sint.

Tri. Abi. Hunc gregem tenebriconum non queam  
Propellere!

---

## S C A E N A    II ▶

Cynopa. Triphera. Thrasus.

— **A** Dsumus hera, nos uocaueras?  
Tri. Vocaueram. Quid me foris mora-  
Cy. Cambus cibandis occupati nèutiq; cminis  
Te audiuius. dic quid uelis nos exequi.  
Tri. Tu Thrase duc hos intro, & ocyus optimo  
Cibo atq; Ieccho exhilara. Thr. Agam fideliter.  
Tri.

## MENDICVS.

Tri. Fustem deinde querneum cum aptaueris  
Reuerte, ut hos uilissimos & improbos  
Homines propellas ædibus. Thr. Factum puta.  
Tri. Quid est tibi in panario? Cy. Nil præter has  
Canum reliquias pauculas, quas canibus his  
Bipedibus animi gratia obijcere statui,  
Quo tu quoq; uideas foris lepidissimam  
Capitium rem ludicram. Tri. Placet, obijce,  
Abeant ut in rem pessimam. Cy. Heus uos prændite  
Tri. Hahah. canum in morem alter alteri bolum  
Præripere fraude gestiunt. Pol claudus hic  
Non claudicat, ecce suo optima subtrahit.  
Solus scabrosus nil capit, propter suam  
Ignauiam aut inertiam. Heus abite nunc,  
Si non uelitis fustibus lumbifragum  
Mox perpeti. Tri. Nisi cesserint mox Thraso eos  
Aspellet hinc uerberibus. Heus, Tu nuncia  
Hero apparata singula. Cy. Hem, facessöhera.  
Tri. Ibo intro, ut hic Thrasus morator exeat.

## SCAENA III ▶

Lazarus. Bronchus. Thrasus. Typhlus.

**O** Bronche Bronche, ut impie ac dolose agis,  
Qui non modò bolum mihi palam eripis,  
Sed clanculo imponis uiro de te hactenus  
Bene merito. Sed uideat æquis arbiter.  
Br. Tace, iace, & patresce fordibus tuis

## LAZARVS

Scaber quid omnium quæ habebas surpurpur?

Thr. Adhuc ne statis, adhuc ne restitatis hic

Genus hominum improbissimū & uilissimum: Br. Hui.

Thr. Iam (nisi manus mihi stupescant) fustibus

Ita uos emolliam, ut tum brachijs

Tum cruribus pax comminutis, haud secus

Ac polypus exosces solo incubetis. Br. Hau.

Thr. Quin cedis hinc, qui (ut audio) imponis alijs

Technis tuis: Br. Qui cesserim, qui claudico

Miserronus: Thr. Iam claudica. Bron. Heu. Thr. Iam

claudica. Br. Heu.

Thr. Iam claudica. Br. Heu me miserum, ut hic mihi pa-

Acerbus & durissimus. Thr. Quid tu quoq;uis quis est

Moreris hic palpator improbissime?

Ty. Quo abibo, qui solis iubar non intuor

Hoc absq;ue duce: Thr. Duce hoc abi. Ty. Heu. Thr. Duce

hoc abi. Ty. Heu.

Thr. Duce hoc abi. Ty. Heu miserrimum, qui nihil ab

Refero ædibus, nisi uerberum amplas copias. chis

Mi Bronche iam uirtute qua uales præi,

Te ego pone cespitans sequar. Nobis Deus

Reponat hanc calummam in sinu Abrahæ.

In Lazarum nunc hulcerosum sœuius

Multo (quere repare neutiq; ualeat)

Grassabitur, qui ut optimusq; et mitis est

Tergum est datus cœstibus. Spectemus hæc

Quanq;

## MENDICVS.

Quinque dolenda hinc eminus. Thr. Quid tu omnium  
Quos fert humus spurcissime, necis pabulum, &  
Orci cibus non hinc abis: non hinc abis:  
Non hinc abis: Laz. Heu me. Thr. Vel ad coruos, uel in  
Baratrum, uel in malam crucem: Laz. O domine Deus  
Vide obsecro hunc meum laborem, & hanc meam  
Abiectionem, & omnium mihi propitius  
Remitte noxam criminum quia solus es  
Qui ium laborem tum dolorem respicis.  
Thr. Quid murmuras: quin suspicis: Laz. Sine me ob-  
Nostræ moræ tibi amice causam dicere. (Secra  
Thr. Quam: dic breuibus, neq; enim tibi (qq; improbo)  
Inuideo tantum temporis, Laz. Videsne me  
Miserum: Thr. Video equidem, quem fustibus  
Miseris modis modo contudi. Laz. Videsne me  
Adeò fulcroso corpore, ut pedes meos  
Non nisi dolore maximo reptandoq; hinc  
Promoueam: Adhæc tertius agitur dies,  
Quod de:pta aqua, ob tantæ omniū rerum inopiam,  
Neq; calidum neq; frigidum (uelut inquietum)  
Nec aridum nec humidum in os meum intuli.  
Nam quod Cynopa impærije modò largiter,  
Non mihi sed alijs commodat. Sine ergo me  
Pro heri iacere foribus, ut uel miculis  
Quæ mensæ herili decidunt merear miser  
Vt cumq; refocillarier. Nam si mihi

C 5 Defuerit

## LAZARVS

Desuerit hoc die edidium, non uixerō  
Vsq; in crastinum, Thr. Viuas licet uel oppetas,  
Nil proficis. Non te sinam pro foribus his  
Decumbere. Laz. Hie. Thr. Te surrige, hac herus do-  
Se conferet. ne pestilens factotus tuus      (mum  
Neribus heri mei oboleat. Surge ocyus.  
Quo genio in hoc (malum) cadauer incidi?  
Sequere me, & huc te promoue, quo te traham.  
Laz. Sequor libens. Thr. Iaeeto ab hac parte ædium  
Per gratiam, nil impetraturus tamen,  
Ut autumo. Hei, cadaucre hic putidior est.  
Recipere me domum necesse est, q; gradu  
Celeri Cynopa regrediens certo indicat  
Instare tempus prandij. Quo si megmate,  
Sapone quo manus meas hoc pure & his  
Pueribus piabo, prorsus nefcio.

## SCAENA IIII ▶

HYMNVS Lazari. Cum mēdicis. Ex Psalmo 131.  
Vj q; quo domine obliuisceris &c. Lambico  
dimiciro tetrastropho.

**Q** Vouſq; eris mei immemor  
Mi, erimi domine Deus  
Quouſq; uultum amabilem  
Si me reflectes obsecro:  
Quon, q; curis cor meum  
Vanſſ. mis afflixero,

Que

## MENDICVS.

Quæ animam meam mœroribus  
Noctu diuq; macerant:

Mend. In Abrahæ sinu &c. ut infra.

Quousq; cristas erigens  
Hostis meus me deprimet:  
Domine Deus me respice, ut  
Exaudiás preces meas.

Mend. In Abra.

Oculos meos illumina,  
In morte ne unq; obdormiam,  
Ne quando præualuisse se  
Contra me iniquus iactitet.

Mend. In Abra.

Si misericordia exulta uerint  
Qui me premunt hostes mei,  
Sperauit ego super tua  
Nitarq; misericordia.

Mend. In Abra.

Lætabitur quoq; cor meum in  
Tuo salutari. Canam  
Qui bona mihi tribuit Deo, &  
Altissimo eius nomini.

REPETITIO Typhli & Bronchii à longi-

gè stantium ad singulos uersus.

In Abrahæ sinu quies

Solabitur nos Lazare.

Br. Crepunt fores, cedamus hæc in uiculum. Ty. Hem.

## SCAENA V

Cynopa solus.

C 4

Iam strata

## LAZARVS

**L**Am strata mensa, cibus paratus, & Chorus  
Instructus est, solos qui edant requirimus.  
Sed commodum, se promouent ex ædibus  
Herus cum amico Dæmone, atq; e uiculo  
Fratres sequuntur quattuor. Miror equidem  
Abesse quintum, eumq; natu maximum.  
At proprie illum infecta res non manserit:  
Iam tempus est Chorum foras uocarier,  
Ne poste aq; se uiri sociauerint,  
Nos imparatos occupent. Prodite nunc  
Quoquot Chorum acturi eritis. Heus procedite.  
Coniuex herusq; proximi haud moremini.  
Bene est, hera exit, & Chorum ipsa eduxerit.  
Functuq; munere ipsa eum introduxerit.  
Venia tua sit factum hera, quod agam intus est,

## CHORVS ▶

Puerorum & puellarum. Carmi-  
ne Glyconico. Sapien. 20.

**N**Ultandem caro nostra erit  
Quam extinctus socij cinis.  
Instar mollis & aëris  
Soluetur quoq; spiritus.  
Ut uestigia nubium,  
Hæc sic uita recesserit.  
Atq; instar nebulae effluet,  
Quæ Phœbi radijs liquet.

Ut umbræ

## MENDICVS.

Vt umbræ quoq; transitus,  
Vitæ tempus inanis est.  
Nec quis quam fuerit memor  
Nostri nominis amplius.

Ergo his dum iuuenes sumus  
Fruamur sōcij bonis,  
Vlto dum simul affluunt  
Cypris Bacchus & unguina.

A Etas dum cito florida est,  
Vernent tempora floribus,  
Anteq; violæ, roseæ, &  
Blanda lilia marceant.

Expers læticie & ioci  
Nostrum nemo sit omnium,  
Sors q; una sit omnibus  
Hæc mortalibus optima.

## ACTVS QVARTVS SCAENA PRIMA.

Iambici Trimetri. Læmargus. Dæmones.

Triphera. Aphron. Lazarus,

R Osam meam uides morantem Dæmones?  
Dæ. Video lepidā nec nostra in urbe secūdā ha-  
Læ. Eamus intro, ut sacrificemus Genio in his      Cbet  
Ei sacratis ædibus. Dæ. Promptissimi  
Ministri erunt. Laz, O uiri opulenti & diuites  
Mei miselli memineritis, cum bene

C S

Vobis

## LAZARVS

Vobis fuerit, ut gaudeam uel micula.

Tri. Salve marite, salve amice Demones.

Saluete fratres plurimum. Lætissimus

Vester mihi mediussidius aduentus est.

Fr. Tibi magnā habemus gratiā. Tri. Vbi Merinus est?

Aphr. In agris satis uel pascuis. Tri. Quid ibi modo?

Aphr. Mihi sollicitus argentum & aurum colligit.

Tri. Quod tibi Aph. Quod omnia cum sibi corraserit,

Hereditaria mihi tandem cesserint.

Nec liberos enim ille habet, nec ceteri.

Tri. Si tu superstes uixeris. Aph. Ego uixero, et

Morientur hi, partis frui quod negligant.

Tri. Ingredere, ne primi absq; te confederint.

Aphr. Recte mones. Laz. Oro domina mei memineris.

Tri. Sequar obuium absenti Cynopam emisero.

## SCAENA II ▶

Lazarus. Cynopa.

**M** I Deus. ut obsurdem mihi aures omnium.  
Me negligunt quasi non tuum sim plasma, non  
Seruus tuus, non filius tibi unicus,  
Sed uelut abortuum quod à matris utero  
Informe reiçitur foras. Anima mea  
Cur tristis es, turbasq; spiritum meum?  
Spera in Deo, quia confitebor illi adhuc,  
Soterion uultus mei, & Deus meus.  
Cy. Quis euulat pro hoc ostioe tun putides?

Abiueris

## MENDICVS.

Abiueris consultius, nequid mali  
Tibi grauioris ingruat. Laz. Frater sine, ut  
Ex mensa heri uel bucceam carpere queam,  
Cy. Nil obtinebis (inquiero) file, aue abi. Laz. Hen.  
Sedere quicq; ut prandeant modò sympotæ,  
Vorantiq; primum ferculum. solus deest  
Merimnus, ut eum dij morantem fame necent.  
Sed ecum adest eo, ut ipsum adesse nunc iem,  
Et ut secundas administrem mox dapes.  
Laz. Hen quis quis es miserere Lazari, fame  
Qui defieit.

---

## SCAENA III ▶

Merimnus. Læmargus. Dæmones. Frat.

— **Q** Vid hoc cadauer ad ostium  
Saluete fratres combibones strenui.

Læ. Ades, sede, quid usq; adhuc moratus es?  
Pro more nunc mensæ meæ locum tenes  
Nouissimum. Mer. Nouissimum: primum mihi  
Videor locum ad patinam occupasse dapsilem. At  
Volo, ne quis interurbet hanc cum his hostibus  
Meam palestram sciscitationibus.

Læ. Hah he, id quidem frater uetas scitissime.  
Nos nostra promoueamus ampla pocula,  
Donec Merimnus carnium unum aut alterum  
Talentum edax glutinuerit. Mer. Ridete nos,  
Potare nos, ego consulam stomacho meo.

Læ. Sic

## LAZARVS

Læ. Sic censeo frater. Sed interim puer  
Cum abstuleris hæc, aliud repone ferculum.  
Tibi Dæmones hunc cantharum amplum præbibam.  
Dæ. Hunc non recuso, nec secundum aut tertium.  
Verum absq; cantu commodè non hausero  
Læ. Cantate, ut & ego commodius exhauiam.  
Quid cantici: Dæ. Vulgare. Læ. Puer infunde, quod  
CANTIO Compotanium. Iambico dimerro.  
Dæ. Circumferatur cantharus. Læ. Noui probè.  
Circuferatur cantharus, cantharus, canth. cant. canth.  
Exhauiendus singulis.  
Fr. Adnotus ori cantharus, canth. canth. &c.  
Exhauiendus funditus.  
Læ. Exhaustus hic est cantharus, canth. &c.  
Et porrigitur proximo.  
Fr. Circumferatur cantharus, canth. &c.  
Exhaustus. &c. Per singulos, ut su. coniuas.  
Læ. Appositum ut est nobis secundum ferculum,  
Per singulosq; exhaustus hic est cantharus,  
A poculis & cantibus iam paululum  
Supersedendum existimo. Mer. Næ ego in tuam (ut  
Patine uacem) pedibus eo sententiam.  
Læ. Hem quisq; quod magis libet præhendito.  
Mensam meam, uolo cuiq; liberam.

## SCAENA IIII ▶ Lazarus solus.

O cui

## MENDICVS:

O Cui Deus tantam amplitudinem dedit  
Rerum omnium, Læmarge locupletissime  
Qui frugibus, qui pascuis, qui copia  
Argenti & auri maxima mortalibus  
Præ cœteris ditatus es, per uiscera  
Pietatis in nos optimi Dei orate  
Et obsecro, ut parumper huc oculos tuos  
Flectas, meiq; miserearis Lazari.  
Non æs tuum aut uestes tuas, non quod tuam  
Rem familiarem minuat aut grauet expeto,  
Tantum dari mihi miculas que decidunt  
Mensæ tuæ mi domine supplex postulo.  
Inedia enim iam quatriduana squallidus  
Tabeo miser. Te moueat age communis hæc  
Mortalitas, communis omnium parens,  
Communis omnium Deus. Perpende quod  
Pietate misericordia præstata, non hoc modo  
Merebere, ut lauderis à mortalibus,  
Sed & à Deo immortalibus donaberis;  
Tum gratia tum gloria. Nec aliquod hinc  
Dispendum facies, sed ample fænore  
Compendium. Nam sceneraberis Deo.  
Si pauperi misereberis. commissaq;  
Crimina eleemosynis tuis redemeris  
Eia ergo paulum respice, & uide caput,  
Manus, pedes, cœteraq; membra corporis

Ita obese

## LAZARVS

Ita obesa tabo & purulenta, ut non queam  
Loco moueri quolibet, & amara mors  
Mihi imminet, si abs te nihil recepero.  
Nam cor meum defectio atq; angustia  
Tenet ultima, & satiscit aegre spiritus.  
Quare age domine sine buceam mihi porrigi.

## SCENA V ▶

Læmargus. Thrasus. Triphera. Fratres. Cynops.

**Q** Vis gannit hic pro foribus: An non crebruer  
Interminatus utriq; sum, ne quemlibet  
Quoniam modo mendicorum herilibus  
Admitteretis aedibus, si quo minus,  
Vos mox futuros ulmeos: Nulli omnium,  
Neq; putrido huic qui se vocavit Lazarum,  
Vel miculam dare panis est sententia.

Fr. Proba hæc quidem sententia. Hi coniuncti

Turbant suis clamoribus, nares quoq;

Nostras malis lœdunt suis fætoribus.

Tri. Et ego prius tibi Thrase iussi serio,

Vt hos abigeres fustibus longissime.

Thr. Id sedulo equidem feceram. Nam & Lazarū huc

Duris cecidi castibous. Verum tamen

Cum promouere suos gradus non possiet,

In alterum minus frequens latus aedium

Retraxi eum, miserrus aegritudinis.

Læ. Tun furcifer miseratus hunc fædisimum,

Imperia

## MENDICVS.

Imperia herilia negliges? I denuo, atq;  
Hunc Lazarum (nisi abeat) ad coruos trahet,  
Nisi cute noua illico uelis uestirier.

Thr. Eo. Læ. Abi. Cynopa iurulenta hæc ferchule  
Sepone, & assa repone, tracta ueribus ex  
Feruentibus. q; hi uoluptuarij  
Affa esse q; quæ elixa sunt opsonia  
Magis appetunt. Nos nostra agamus poculis.  
Fr. Non absq; canu proprio. Læ. Placet admodum!  
Ego præcinam, succinite uos alacriter.

## CANT IO Comporantiū uina. Iambico dimetro.

Propino cyathum proximo  
Exhauriendum sedulo

Propino cyathum proximo, propino.

Fr. Apponit ori blandulum  
Exhauriendum poculum falerni

Læ. Videte fundum in poculo,

Quod ebibi iam sedulo,  
Videte fundum in poculo. Videte.

Fr. Replete uino blandulum

Huic porrigendum poculum propinquo,

Dæ. Propino cyathum erc. per singulos ut su. cōuiuas:

Læ. Tantum moratus furcifer. Thr. Modo propero.

Læ. Claude ostium heus adfer Cynopa ferculum.

Vbi iam quieuit poculum. Cy. Hem tibi ferculum,

Læ. Mutato quadras primulū. Cy. Hem tibi quadras:

SCENA

LAZARVS  
SCAENA VI

Thrasus. Lazarus.

**Q** Vid hoc noui: lingunt canes miseri fulcerat.  
Iam non ualeat herum arguere parsimoniae,  
Cuius canes gratis medentur cruribus.  
Heus tu fulcerate respice huc. quid missit asse?  
Dormis ne stupide Lazare. an uigilas cedo:  
Loquere mihi, surgas oportet oxyus,  
Et uel abire uel abstrahi in malam crucem.  
Heus stupide, surge, surge, surge. Ut est miser?  
Proh Iuppiter, morti hic uidetur proximus.  
Stupor, paroxysmus, oculi attoniti, quies,  
Mortis propinquae indicia sunt. Heus Lazare.  
Laz. Domine Deus multo mihi melius mori,  
Quam uiuere. Thr. Heus heus Lazare, Laz. O amice  
Sine me obsecro in tranquillitate mori, cui in cni;  
Tranquillitate uiuere haud permittitur.  
Me sustine obsecro paululum, post hunc diem haud  
Erit molestus Lazarus. Thr. Proh Iuppiter  
Hic moritur, atq; solo inedia moritur, ut  
Omnes herum Dei superne concrement.  
Qui non sinit uel miculam in rerum omnium  
Affluentia pauperibus elargirier.  
Ego uerna sum, nil possidens, malo tamen  
In seruitute degere, ac cum diuite hoc  
Affluere, sed nil pauperibus impendere.

Dolor

## MENDICVS.

Dolor afficit me, & horror ingens occupat  
Memorem meam, præsente ueluti numine.

Ibo intro, ut hæc hero meo renunciem

## SCAENA VII

Thrasus. Læmargus. Cōiuæ önes. Angelus.  
**H**EUS heus. Læ. Quid est. Thr. Aperite mox. Læ.  
In sanus est.

Quid clamitas? Thr. Huic Lazaro mors imminet.

Oculi stupentes, rigida frons, labra pallida

Mortem propinquam nunciant. Læ. Sine ergo, ne

Torqueat aliquis in nos necis calumniam.

Ingredere. Nos indulgeamus epulo. Ut est.

Amice Dæmones. Ut uxor est: ut est

Fratres mei: moriatur hulcerosus hic;

Obstreperus hic, nobis molestus Lazarus?

Nos nostra agamus Dæmones, tu his clunibus

Lepusculi clunes tuos pafce. Hosq; tu

Merimne quin capunculos deartuas?

Quin uxor hæc discerpis altilia? Quid hos

Fratres mei non dissecatis turdulos?

Perdiculas, ficedulas, & mergulosa?

Porrigit, ut hæc pellamus ultrò tædia?

Cynopæ fac, uini adferatur copia. Fr. Hem,

Pellamus ultrò tædia. Læ. Ut mea amiculi

Res familiaris complacet: (quò sit quod hic

Ansam iocandi & fabulandi præbeat,)

D

Quæcuiq;

## LAZARVS

Quæ cuīq; pulchra uisa sint. hæc ordine  
Laudabit. Dæ. Bellissimo bella uxor est.  
Gau. Domus ampla. Cib. Familia amplior. Eto. At am-  
Hic apparatus. Aph. Liberi omnibus eminet. (pl) simus  
Læ. Merimne ager qui se se habet; nam te foris  
Dudum uenisse iuspicor. Mer. Quām uberrimè  
Frumento, olio, uino, & alijs arborum  
Confertus est tibi fructibus, Caulæ gregum  
Pecudumq; stabula plena sunt, & pascua  
Lætissima, adeò ut amplius nil postules.  
Nam ianta copia fructuum est, ut in horreis  
Tuis uel apothecis recundere nequeas.  
Læ. O fors, quibus te laudibus dignè efferam?  
Quod cuncta mihi succedant ex sententia:  
Sed hoc malum, q; nesciam fructus meos  
Quo conueham, Nihilominus sic fecero.  
Ruptis ueteribus horreis noua denuo  
Et ampliora extruxero. quo congeram  
Quicquid mihi natum est in agris fructuum:  
Tum dixero in iucunditate animæ meæ.  
Euge anima mea nunc multa habes bona in horreis,  
Reposita in annos plurimos, quiesce, ede,  
Eibe, & epulare, pro tuo solatio,  
Eta ergo amici epulemur, & solatio  
Fruamur hoc die & per omnia tempora.  
Ang. O siulte, mox animam tuam repetent, & hæc

Quæ.

## MENDICVS.

Quae congregasti cuius hinc futura sunt?

Iam finis erit omnis tui solati⁹

Læ. Quis tu⁹ Ang. Dei sum nuncius. Mors imminet  
Tibi, nec in diem alterum uicturus es.

Vx. Quid concidit Læmarge mi uultus tuus?

Quid pallor hic subitusq; te tremor occupat?

Quid habes anima⁹ Fr. Læmarge quid nos territas?

Læ. O amiculi, Mors imminet, mors imminet.

Fr. Mors tibi⁹ Læ. Mibi. Deus mihi locutus est,

Mors imminet. Mox irruere uidebitis,

Qui animam meam rapient ad atra tartara. Vx. Henr.

Læ. Animæ male est. Dæ. Cluso ostio ponendus est.

In lectulo. Fors obrutus potu ac cibo

Dum cubuerit ea digeret. Fr. Bene consulis.

Ponatur hoc in lectulo, medicus quoq;

Mox aduocatus consulat, quid facto opus⁹.

## SCAENA VIII

Diaboli .2. Angeli .2. Lazarus. Fratres.

Ast. **Q** Vo saccum fers Belial:

Bel. Ad hunc uoracem diuitem

Ast. Quis usus istic sacculi?

Bel. Feram inferemus blandulam

Ast. Tam delicatam hanc animulam?

Bel. Hanc blandulam & uagam animulam.

Ast. Hic Lazarus ne noster est?

Bel. Prins istud explorandum erit.

D .2

Ang.

## LAZARVS

Ang. Morti propinquat Lazarus fame & sui  
Confectus, ad epulonis huius ianuam  
Venite consolemur ipsum, ut hostibus  
Procul fugatis, carnis hoc ergastulo  
Soluamus, & sinui inferamus Abrahæ.

Ang. Eamus ut tandem quiescat Lazarus

Ang. Eamus, En quam uerus est sermo Dei.

Ang. Iustus perit, nec quispiam  
Qui curat est, Auferetur hinc,  
Nemoq; qui considerat.

Auferetur impio gregi  
Viuentium, in pace attamen  
Erit sepultura ipsius.

Laz, Quid uos mihi cruentæ adestris beluae?  
Non uestra me ingluuies, sed Abrahæ sinus  
Excipiet, haud uestro baratro cibus ero.

Ang. Quid Lazaro funestæ adestris bestiae?  
Non uestra eum ingluuies, sed Abrahæ sinus  
Excipiet. Ite, aliam feram uenamini. Dia. Hau.

Fr. Papæ, papæ, quæ hæc monstra sunt, fugiamus hinc  
CHORVS SEV HYMNVS Lazari morientis.  
Ex Psalmo. 31. In te domine sper.

C Vm tibi fidam dominator uni  
Orbis haud quaq; pudefiam in ænum  
Hac me ab ærumpa, tua in æquitate  
Eripe tandem.

Ang.

MENDICVS.

Ang. Ad sinus blandos Abrahæ uocaris.

Lazare fide.

Flecte ad infirmum pietatis aurem

Sordidum ac somem tibi supplicantem.

Vt metu mortis celer eruas me,

Faucibus orci.

Ad fin. &c.

Esto protector Deus atq; asylum

Hostibus cincto, pauido, ac relicto,

Quod tibi acceptam referam meam omnem

Vsq; salutem.

Ad fin. &c.

Nanq; tu uirtus mea, tuq; asylum

Vnicum quo confugiam misellus

Ac tua me pro bonitate duces

Enurriesq;

Ad fin. &c.

Me abdito educes laqueo redemptor,

Quem tetenderunt misero dolosi,

Quando protector meus es fidelis

Solus ubiq;

Ad fin. &c.

Ergo commendo dominator orbis

Intuas palmas animam hanc, ut ipsam

Morte ab æterna redimas misertus

Vere redemptor.

Ang. Altissimum posuisti in hoc

Tibi refugium Lazare.

Nullum tibi adueniet malum,

Nec plaga tuo habitaculo.

In Abr. &c.

D 3

Quod

## LAZARVS

Quod angelis magnus Deus  
De te suis mandauerit,  
Ut te tuis in omnibus  
Itineribus custodian.

In Abr. &c.

Manibus suis te baiulent,  
In lapidene offendas pedem,  
Pede cum Leone draconeq;  
Basiliscum & aspidem teres.

In Abr. &c.

REPETITIO angelorum. 2. ad angelum.  
In Abraham sinu malis  
Pulsis quiesces Lazare.

## ACTVS QVINTVS

### SCAENA PRIMA.

Typhlus. Bronchus

CVm iam putem mi Bronche diuitis illius  
Dudum solutum prandium, & aliquid solet  
Subinde (ut inquis) diuidi indigentibus,  
Quid si eminus petamus & des demuo:  
Br. Recite eminus, nam comitus cum panibus  
Condiuidumur uerbera. sequere duxero.

Ty. Sequor. præi. longè & seorsum ab ostio.

Br. Heu heu domine Deus, quid afficio eminus?

Ty. Quid Br. Lazarū. Ty. Quid Lazarū: Br. Heu me,

Ty. Quid mortuū: Nō spero. qui fieri queat: (mortuū.

Tecum fallit aspectus. Br. Utinam, quia mortuus.

Iam dolco q. modo buceas è dentibus

Eripuerim

## MENDICVS.

Eripuerim miserrimi. Ty. Mi Lazare  
Homo Dei, tun mortuus: Iam non queo  
Quin lachrymer. Sed Bronche quid consilij habese?  
Haud canibus hic linquendus est. Br. Minime, ast ego  
Transferre possum neutriq. Ty. Id equidem scio. At  
Tu diriges me, et commode quantum uales  
Mecum cadauer eriges, ego in humeris  
Te præuio gestum sepulturæ inferam, et  
Terra obruam. Br. Bene consulis, sed celeriter  
(Quod in ædibus tumultus est) agenda res,  
Ne prodiens huc quispiam nos opprimat.  
Tu hūc prædicto hmnerū dexterū. Ty. Hem Br. Viri  
Ty. Paulò altius levato. sic placide p.r.e.i. (liter.  
Melior mihi uideor q, hunc ferre mereor.  
Crepit ostium, deflecte gressum in uiculum.

## SCAENA II

Oeconomicus. Triphera. Dæmones.

**T**Anto in pauore req; deplorata erit  
Consilio opus, nostrum ut malum meliusculum  
Fiat. Hera si nos audias, cadauer hoc  
Foras iubebis extrahi execrabile.  
Ne plus mali nobis per ipsum impendat  
Tri. Virum meum ega foras trahi iubebor: Oec. Tu,  
Si me audias. Tri. Et quo foras: Oec. Procul è domo in  
Malam crucem, q, destinatum orco uides  
At maledicto obnoxium. Tri. Video heu dolor.

## LAZARVS

Sed absq; pompa & absq; honore funeris;

Oec. Absq; omni honore, non secus q; asinum obruias.

Quod minimè eum deceat honore prosequi,

Quem iustus arbiter Deus reiecerit.

Dæ. Suades bene Oeconome mea ex sententia.

Foras trahi sinamus illud, quod Deus

Adeo pauedo prodigo his in ædibus

(Ut pro dolor uidemus) execratus est.

Ne nos quoq; similis calamitas opprimat,

Qui neutiq; illo sanctius uitam egimus.

Tri. At hoc cui negocium commisero: An

Domestico, quo tum mihi, tum familiæ,

Tum fratribus sit sempiterno opprobrio:

Oec. Minimè. Sed introductus est paulò prius

Huc Buttubetta exoticus, cui tradito

Philippeo uno aut altero cadasuer hoc

Peplo obuolutum dabimus, ut prius q; heri

Necem resciscat populus, extractum foras

Loco in prophano procul ab urbe humo obruat.

Dæ. Rectè tu quidem denuo. quia neutiq;

Populo potest quod accidit cælarier.

Tri. Quid si tamen dicamus hunc solita nece

Quanq; repente mortuum: quid ni queat

Cælarier: Oec. Profecto domina non queat.

Sunt namq; pueri, sunt puellæ, sunt quoq;

Mancipa rimosæ tibi ubiq; perflua,

Nibi

## MENDICVS.

Nihil queat fore tacitum, ut silentiam interim,  
Quod hanc necem Deus arbiter sic horridam  
Nunq̄ premi silentio passurus est.  
Quam in hoc parauit, ut esset exemplo omnibus:  
Agamus igitur ne furorem & impetum  
Populi in te, & in fratres, & in domum tuam  
Quam plurimum iniuriam excitemus, neq; Dei  
Iudicia formidanda contra nos magis  
Hinc prouocemus. Tri. Occidi miserrima.  
Dæ, Sic expedit Triphera. Oec. Immò nō solū expedit,  
Sed & neesse plurimum, acutum quoq;  
Fætoribus p̄e maximis. Tri. Fiat igitur  
Quod utile in commune uos decernitis.  
Oec. Iam sapis. eamus intro, & hoc negocium  
Mandemus huic exotico. Dæ. Triphera p̄e.  
Tri. Hei factor intollerabilis, Dæ. Nasum obſtruere.

## S C A E N A    III ▶

Thrasus.      Cynopa.

**H**icit tantus est factor putris cadaveris,  
Ut in ædibus nulli queant consistere.  
Subduxero me aliquantulum, & me dixero.  
Qui abest, Cynopen hic foris morari, ut hac  
Occasione liberer fætoribus.  
Quam iusta sunt magni Dei iudicia. Nam  
Qui Lazari fasti diebat fulcera.  
Iam putris omni familiæ est fastidio. Ast

D S

Vbi

## LAZARVS

Vbi Lazarus? Num mortuus translatus &  
Sepultus est? Malum cum eo me mortuum,  
Quam cum uorace uiuere & epularier.  
Malint quidem quæ gesta sum silentio  
Tegi, at expedit palam indicari, quid domi  
Nostræ accidit, Læmargus ut hic extinctus est.  
Clamabo & eiulabo tanq; tristior  
Heu heu tribules, res dolenda hic accidit.  
Herus meus Læmargus infeliciter  
Extinctus est. Cy. Quid debriatus clamitas?  
Thr. Adeſt Cynopa uini onustus utribus.  
Haud quaq; in usum suauè coniuuantum.  
Cy. Quid rauce rabula inebriatus clamitas?  
Thr. Nec ebrius, nec abſq; cauſa clamito.  
Nam extinctus infeliciter Læmargus est. (modū)  
Cy. Extinctus est. Thr. Extinctus est. Cy. Quemadmo  
Thr. Cum dapsilem lætumq; se solito magis  
Præberet hospitibus, repente è turbine est  
Prolata vox, quam omnes quidem tum audiuiimus  
Sed solus intellexit is cui facta erat,  
Hunc continens sensum. Illico moriurus es,  
Ut ipſe paucis indicauit postea.  
Subito pauet, pallet, tremit, collabitur.  
Dein lectula cum impositus effet, illico  
Duo monstra in ædes proruunt adeò horrida  
Cynopa, ut atros dæmones non ambigas.

Cy. Papæ

## MENDICVS.

Cy. Papæ. quid hoc miraculie Thr. Audi cetera.  
Diffugimus qui aderamus omnes territi.  
At dæmones (ut credimus) miseram animam  
Quas attulere fuscinis atrociter  
E peciore euulseré, & in tērrimum  
Barathrum indidere, ad inferos ut transferant.  
Postilla nusq; uidimus, sed mortuum ac  
Discerptum herum deprehendimus, Cy. Pauenda sunt  
Quæ Thrase memoras, At quid uxor apparat  
Cum fratribus pompæ sepulchrali Thr. Nihil.  
Mens deficit, animus laboscit, negligunt  
Omnem sepulturæ apparatus splendidum.  
Asini sepulcra videbis extrahi  
Funus foras inglorium. Cy. Quis extrahet?  
Thr. Is buttubatta lyricrepæ & mendiculus,  
Quem hera excipi mandauerat, conductus est  
Ut id auferat, philippeo. q. impij  
Manente funere in ædibus, neq; audet  
Neq; possiet præ maximis sceleribus  
Domum ingredi. Cy. Quis audet nostrum quoq;  
Domum ingredi nisi obruto cæduere?  
Thr. Sia hic paululum. videbis omnes progredi.  
Saneq; hero pompam exhibere splendidam. huc.

## SCENA IIII ▶

Oeconomus. Dæmones. cum familia & fratribus.

Molobrus. Diaboli 2. Serui 2.

Præte

## LAZARVS

PRÆite porrò, odore ne cadaueris,  
Quem pertulimus in cædibus, tæterrimo,  
Etiam foris cogamur affici & infici.  
Fam. Papæ, papæ, quæ horrenda spectra denuo:  
Bel. Rapiamus hoc cadauer execrabile,  
Polo soloq; pondus indignissimum.  
Ast. Quo Belial! Bel. In nostrum amcenum tartarum  
Ast. Rapiamus hoc rape Belial. Bel. Trahe Astharoth.  
Ast. Tollamus hinc hoc corpus execrabile.  
Dæ. Adhuc ne cessauere spectra: Adhuc ne stat  
Feretrum integrum: Oec. Feretrum integrum, neq; spe-  
ctra sunt.  
Quo se modo uespillo proripit: Dæ. Eccum, adest.  
Mol. Quid numinis me in hanc tulit dementiam:  
Ut hoc bdelygma hinc extrahendum sumpserim,  
Horrore tanto, ut iam ferè exanimatus sim:  
Ades puer, te operi applica, haud modò spectra sunt;  
Quid hoc rei: Non a modo se torqueant.  
Bonī uiri, putore enim sunt liberi.  
Quod ut animam, sic corpus atri dæmones  
In tartarum (uelut arbitror) subtraxerint.  
Vsq; adeò leuis hæc arca mortualis est.  
Verum trahamus, præmium ne subtrahant.  
Oec. Non fabulandi hic est locus, procedite. Mol. Hem.

SCAENA V  
Thrasus. Cynops. Oeconomus.

En

## MENDICVS:

**E**N splendidae claramq; pompam diuitis;  
Cy. Non aliter ac asinus foras ejicitur. Thr. En  
Qui Lazaro locum negabat publicum,  
Propria domo iam pellitur. Oec. Quos audio? Cy. Hui.  
Videas licet. Oec. Seruate res, mox adero. Thr. Abi.  
Absentibus nunc omnibus, sine scrupulo  
Eamus intro, & reliquijs ciborum, & hoc  
Baccho cutem curemus. Cy. Id longè optimum!

## SCAENA VI

Læmargus. Abraham.

**V**Ideo ne te pater Abraham: Abr. Fili uides?  
Læ. Nū & Lazarū in sinu tuo: Abr. Vides quoq;  
Læ. Mitte obsecro pater Abraham ad me Lazarum, ne  
Intingat extremum sui digitii in aquam, &  
Linguam meam refrigeret, quia crucior in  
Hoc igne flammanti miser. Abr. Reminiscere  
Fili, q; in uita tua, tua commoda  
Acceperis, contraq; Lazarus mala:  
Nunc igitur hic salatio perficitur, &  
Tu affligeris. & super omnia hæc magnum chaos  
Firmatur inter uos & hos, ut qui uelint  
Ad uos uenire non queant, neq; inde ad hunc  
Nostrum locum concendere. Læ: Id si pernegas,  
Mittatur in domum obsecro patris mei.  
Nam quinq; fratres sunt mihi, quos terreat,  
Ne & ipsi in hunc ueniant locum cruciatum?

Abra.

## LAZARVS


Abr. Mosen habent suum & prophetas ceteros,  
Quos audiam. Læ. Non Abraham. At si quispiam  
Ex mortuis resurgat, illi creduant.  
Abr. Si Mosen non audiunt, neq; quempiam  
Qui ex mortuis denuo resurgat audient.  
Te ceterum flammæ manent usq; in diem  
Nouissimum, & mecum quiescet Lazarus.

## OECONOMVS

Ad spectatores.

Vos qui adfueritis iudicris ne state, sed  
(Si me audiatis) amodo neq; coniugem,  
Neq; liberos, neq; gastrimargum ab inferis.  
Hodie reuersuros domum moramini.  
Quod horrida uiri impij nece territi,  
Se alio recipient uesperi, nobisq; rem  
Omnem domesticam relinquent usui.  
Ite, atq; nobis si placuimus plaudite.

FINIS ▶



1672080



OCN 68948664